



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XXI. Prohibitio extrahendi Libros, Quinterna, & folia tām impressa, quam  
manuscripta ē Bibliothecis Conventuum Fratrum Capuccinorum, exceptis  
Prædicatoribus, tempore Quadragesimæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

lam hujus consuetudinis significationem dedit, ac veluti formam quandam, & modum adumbravit. Cum enim primum suos sigillatim Discipulos sententiam, quæque esset de se hominum opinio rogasset, tum Petro hanc Sedem, & celsissimam hanc, quam immeriti tenemus dignitatem, par sanè tanta voci, & confessione premium, detulit. Ab illo eruditio deinde Apostoli maximis sœpè de rebus, negotiisque nonnisi secundum plurium sententiam, consiliumque creverunt.

§. 4. Idem verò ut successores sui muneric, ac præcipue visitationis admonerent, frequentes legationes, peregrinationesque suscepserunt, quæ proculdubio, & eò pertinent, ut hoc Episcopis antiquissimum debere esse demonstrarent, quod unum præ cæteris eorum nomini, officioque conveniret. Gentium autem Magister, ac Doctor non satis habuit, quæ per Epistolas, quæ suos per Discipulos, quos Christo lucrifecerat, identem adhortari, verum ut aliquando inanes inter ipsos coortas discordias, dissensionesque componeret, & gravissimum scelus admissum corriperet, mox arque iterum ad eos se venturum esse affirmavit.

§. 5. Ne quid verò remisse, aut aliqua cum cupiditate ab ipsis quandoque fieret qualem se in tot laboribus, atque itineribus præbuerit, suo palam exemplo docuit, nam & se ab omnium sanguine mundum testatus est, non enim subterfugisse, quò minus annunciatet omne consilium Dei, non aurum, non argentum, non ullius vestem concipiisse, suas verò sibi manus quæ tolerandæ vitæ opus erant, suppeditasse.

§. 6. His itaque auctoribus, ac præceptis admoniti, quod quidem à Vobis Venerabiles Fratres, egregiè, atque accurate fieri certum est, Ecclesiarum, creditarumque ovium curam totis viribus omnique animorum contentionem suscipite, eas diligenter perlustrate, tum singuli, tum una cum aliis simul earum saluti, atque incolumenti prospicite, sollicitè hanc unam querite, hanc unam spectate, pro qua supremus ille Pater familias filio suo non pepercit, & cuius à nobis omnibus severissime rationes exposceret.

§. 7. Quod si tempus aliquando fuit quo omnina intentionibus curis vigilissime ab iis agi debeant qui speculatores constituti sunt Domus Israel, hoc profecto est, cum tot malis concussa Christiana Respublica nonnisi à placato, reconciliatioque Dei numine tantarum calamitatium finem aliquem sperare, ac medelam potest. Nos sanè, qui ex earum cogitatione conspectuque majorem in dies animo dolorem capimus, ad eas sollicitudines, quibus assiduè detinemur, hujus quoque Urbis Visitationem adjecimus, ut quoniam hanc unam Christus Dominus tot amoris significationibus dilexisse vultus est ex omnibus plurimum aliis etiam, quod quidem in Nobis esset, morum sanctitate, cæteroque Dei cultu anteiret.

§. 8. Sed, quæ est pietas, ac virtus vestra, neque exemplis, neque hortationibus nostris locum relinquetis, hoc enim persuasissimum vobis esse non dubitamus, nihil frequenti animarum recognitione, Synodorumque celebratione, populorum salutem, ac veteri disciplina constituentæ, nihil Catholicorum Principium paci à Deo impetranda accommodatus esse, quo intermissione magna in moribus continuò ad omnem improbitatem, ac peccandi licentiam facta est immunitatio. Hoc quod à vobis munere ipso, officioque in primis exigitur, quod miseræ, afflæque Christianæ Reipublica rationes, & discrimina quotidie magis efflagitant, per Christi, Nos misericordiam, in cuius ille viceribus plenam suam visitavit, ardenter petimus, & Apo-

stolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Maii 1656. Pontificatus Nostri anno secundo.

## XXI.

Prohibitio extrahendi Libros, Quinterna, & folia tam impressa, quam manuscripta è Bibliothecis Conventuum Fratrum Capuccinorum, exceptis Prædicatoribus, tempore Quadragesima.

*Consimilem Confit. edidit pro his Fratribus Urb. VIII. Confit. 225, cum facultate superioribus commutandi libros inutiles per eorum syndicos.*

## ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D.  
1656.*Ad futuram rei memoriam.*

Conservationi, & manutentioni Librorum Bibliothecarum omnium, & singulorum Conventuum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupat, in quacumque mundi parte existentium, quantum cum Domino possumus, benignè confulere, ac dilectum filium modernum dicti Ord. Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissim, si quibus quomodo liber innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Ministri Generalis nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 1. Ne de cætero quisquam, quavis auctoritate, superioritate, seu officio fungens, libros, quinterna, folia, aut scripturas, tam impressa, quam manuscripta, tam hactenus per quocumque Christifideles dictis Bibliothecis respective donata, & assignata, quam in posterum forsan donanda, & assignanda, quibusvis personis præterquam Fratribus d. Ordinis, qui quidem libros à Bibliothecis hujusmodi respective de Superioris, seu Bibliothecarii pro tempore existentis licentia extrahere, & eis pro communi conventuum hujusmodi, & particulari Fratrum dicti Ordinis usu in suis cellulis, Fratribus quoque ejusdem Ordinis Verbum Dei prædicantibus, qui etiam extra suos Conventus, uti possint, sed finito usu hujusmodi, subito ad dictas Bibliothecas respective sub infra scriptis poenis reportare omnino debant) commodare, aut sub quovis quæstio colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione à dd. Bibliothecis extrahere, & asportare, seu ut commendentur, aut extrahantur, & asportentur permettere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis late sententia, ac privationis vocis activæ, & passivæ poenis per contra facientes, eo ipso incurrendis, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Conventuum prædicatorum, etiā juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboris statutis, & consuetudinibus, cæterisque contraria quibuscumque.

Volumus autem quod præsentis prohibitionis copia in valvis omnium, & singularum Bibliothecarum Conventuum d. Ordinis, seu alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixa reuaneat, quodque præsentium transumptis, etiā impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate

Exordium.

Prohibet,  
prout in Ru-  
brica.Contraria  
derogat.

Eccle-

ANNO 36  
1656.

ALEXANDER SEPTIMUS.

ANNO  
1656.

Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel offensæ.

Dat. P. An.  
2. die 3. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Julii 1656. Pont. Nostri anno secundo.

XXII.

Pro concordia Fratrum Regularis Observantia S. Francisci Provinciae S. Joannis Evangelista Insularum de Acores.

Edita A. D.  
1656.

ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exordium.

**I**N sublimi Sedis Apostolicæ specula universi gregis Dominici curæ nostra divinitùs commissi commodis jugiter invigilans illis quæ pro tollendis diffidiis inter religiosos viros sub fave religionis iugo Altissimi obsequiis mancipatos non sine Regularis Observantiae detimento, & piorum offensione exortis prævidè concordata, ac decreta, & ordinata sunt nonnunquam Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinium adjungimus, prout rerum, personarum, locorum, & temporum qualitate maturè pensata conspicimus in Domino salubriter expedire.

Supplicatio.

**S.** 1. Cum itaque sicut accipimus, ad compонendas controversias in Provincia S. Joannis Evangelistæ in Insulis de Acores nuncupatis consistente Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum à quinque annis, vel círciter suscitarat concordia inter partes interesse habentes inita fuerit, ac eandem concordiam Venerab. Frater Noster Franciscus Episcopus Portuensis. Cardinalis Barberinus nuncupatus S. R. E. Vicecancellarius, nec non d. Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, tam officii Protectoris hujusmodi, quam delegata sibi per Congregationem Venerabilium pariter Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalem negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam auctoritate confirmaverit, & approbaverit, variaque pro illius observatione decreta, & ordinationes ediderit, prout plenus continetur in Literis ipsis Francisci Cardinalis desuper confectis tenoris qui sequitur videlicet.

**S.** 2. Franciscus miseratione divina Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus S. R. E. Vicecancellarius, ac Ord. S. Francisci Protector, Corrector, & Gubernator &c. Omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus tam subditis, quam Pralatis cuiuscumque qualitatibus, & conditionis, omnibusque aliis quibus præsentes nostræ Literæ ostense fuerint Provincia S. Joannis Evangelistæ Insularum de Acores Regni Portugallæ prædicti nostri Ord. de Observantia salutem in Domino sempiternam. Noveritis pro parte, & ad instantiam dilecti in Christo Patris Fr. Antonii à Gratia Prædicatoris, & Ministri Provincialis electi ipsiusmet Provinciae præsentatum fuisse memoriale quoddam Sanctiss. D. N. Alexandro VII. tenoris sequentis videlicet.

Memorale.

**S.** 3. Beatis. Pater Frater Antonius à Gratia Prædicator, & electus Provincialis Provinciae Sancti Joannis Evangelistæ Insularum de Acores Regularis Observantia S. Francisci deosculando pedes S. V. exponit quod Frater Simon à Santa Catharina antecessor suus, tempore opportuno petierit Visitatorem, & ipsum obtinuit à Patre Generali Fr. Petro Monero qui Visitatore ex variis impedimentis non accessit ad dictam Provincialis excurseret. Hanc moram cum noraret di-

ctus Provincialis ante sex mensium decursum ( ultra tres annos ) Definitorum convocavit, ut in futurum provideret, cum hic casus esset exspirationis, & non vacaturæ: unanimiter resolutum fuit à Definitorio prædictum Provincialm continuari debere usque ad accessum Visitatoris, & de omnibus rebus gestis informare Curiam Romanam: qui ita fecit per suum Procuratorem exquirendo remedia opportuna continuando interea in regimine Provinciae pacifice per septem menses. His elapsis aliqui Religiöni opposentes se regimini prædicto, atque provocantes quedam Patrem Didacum à Plagis qui olim fuerat Vicarius Provincialis sub titulo Patris dignioris coegerunt illum, ut vocaret Definitorum, tanquam in casu vacaturæ, ad eligendum Vicarium Provincialem, in quo tamen ipsi Definidores non obedierunt præter unum postmodum in Vicarium Provincialem electum, & hoc à Definitoribus ab ipso convocate illegitimè subrogatis, reclamante legitimo Provinciali, ac Definitoribus actualibus tunc propter violentiam in Conventu S. Augustini commorantibus; ipse Vicarius Provincialis intrusus vi armorum, ac meru omnia sibi subgendum, Provincia in sua potestate continuit, atque extracto è carcere Fr. Ferdinando à Conceptione misit ut Procuratorem ad istam Curiam sub sigillo Provinciae noviter à se aperto: non obstantibus appellationibus, & censuris Provincialis legiti, & Definitorum actualium. Provisum interea fuit de Provinciali legitimo à Sac. Congregatione die 3. Octobris 1653. ab Eminentiissimo Protectore die 14. Novembri à Sanctissimo D. Innocentio X. die 16. ejusdem Novemb. ipsius anni pro continuatione sui officii, & aliorum Prælatorum respectivè per integrum annum, confirmando etiā d. Visitatorem ad visitandam Provinciam, & celebrandum Capitulum, his decretis nolentes obediere intrusi, neque audire illa, male tractarunt Notarios, atque alias Ministros intimantes, & non obstante clausula Brevis expresa ( postposita appellatione ) ab illa appellarunt, suspicionemque ipsi Visitatori fecerunt intimare, qui respondit se non posse recusari tanquam suspectum quoad Visitationem generalem, sed solum quoad particularem ( si coram arbitris probassent ) & contra ipsos fulminavit censuras usque ad declarationem per sententiam, & cum jam visitare ceperit Provinciam in Conventibus obedientibus decretis supradictis, ac legitimo Prælato, accidit quod die 14. Julii anni 1654. eijsfuit intimatum decretum Sac. Congreg. dat. die 19. Martii ejusdem anni derogans Breve, & Decreta prorogationis, d. Provincialis legitimi assecuti à d. Ferdinandino Procurat. intrusi, qui in supplica allegavit Procurat. Provincialis legitimi non fecisse mentionem electionis d. Vicarii Provincialis intrusi ( cum tamen hoc ei fuisse impossibile, nam à Curia Olysiplonense profetus est Romam die 16. Junii anni 1653. & in die 13. ejusdem Junii facta fuit talis electio in Insula tercia quæ distat ab ipsa Olysiplone per trecentas leucas maris ) narravitque verum in supplica virtute cuius expedita fuere decreta, & Breve prorogationis Provincialis, etiam confirmationis ipsius Visitatoris qui respondit tale Decretum nihil locutum fuisse circa Visitatorem removendum, & ad tutius respondentum petit videre ipsum Decretum, quod tamen à Judicibus exequitoribus ei fuit denegatum, idque contigit Provinciali prorogato intimato die 15. Julii qui simul cum Visitatore appellavit ante omnia, & post omnia ad Sanctam Sedem Apostolicam, tunc Visitator fecit citare omnes vocales Capituli ( modo quo potuit ) & brevi temporis spatio fama pervolavit per totam Provinciali celebrationis Capituli, & cum jam ipse Visitator exerceret officium Præsidentis Capituli

in